



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

124. An licitum sit in collatione serotina ieiunii sumere legumina cocta in
quantitate licita, v. g. unciarum octo? Ex p. 5. t. 14. & Misc. 2. r. 14.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

citado dize, que la cantidad de dos onças no es materia de pecado mortal, sino que se ha de juzgar por parua; però Antonio de Leon en la erudita question, que trató del *Chocolate*, *part. 3. n. 21.* reduce la paruidad de materia a dos onças, o onça y media, diziendo, porque ay quien reduzga la colacion a la quarta parte de la cena comun, no es mal fundamento para dezir, que la quarta parte de la colacion sea materia parua, de donde colige, que como vnos reduzgan esto à seis, otros à ocho onças, los que dixeren, que la colacion se ha de hazer en cantidad de seis onças, diran que la paruidad de la materia se ha de reducir a onça y media, que es la quarta parte; y los que lleuaren, que la cantidad de la dicha colacion ha de ser en ocho onças diran, que la paruidad sera dos: con esta sententia se

conforma Antonio Diana *5. part. tract. 5. resol. 11.* Hoc supposito, vt dixi, respondet affirmatiuè ad questionem. Et ita in terminis illam tenet Pater Pelizarius *vbi sup. in Man. Regul. tom. 1. tract. 5. c. 5. n. 11.* vbi sic ait: [Concedo tamen, quòd si quis in collatione vespertina sumat vncias decem cibi communis, peccat solum venialiter. Idque colligo ex eo, quòd iuxta dicta, probabile est posse licitè sumi in vespertina refectiuncula octo vncias absque vilo peccato; & alias probabile putant Turrianus *p. 1. Sum. cap. 256. d. 27. n. 2.* & Diana *p. 5. tract. 5. resol. 11.* ad violatiuam ieiunij mortalem non sufficere quantitatem duarum vnciarum cibi communis; & consequenter censent comedentem dictas duas vncias, peccare solum venialiter contra legem ieiunij. Vnde fit, vt sumens in collatione ieiunij duas vncias, vltra octo, quæ conceduntur, peccet solum venialiter. Quod Confessarij bene notent, ad subleuandam summam difficultatem, quam plures fideles sentiunt in obseruandis Ecclesiæ ieiunijs.] Ita ille, & ego. Quare nimis rigidum puto amicissimum Lezanam, qui in *Summa q. Reg. tom. 1. verb. ieiunium, num. 4.* tantum concedit in collatione ferotina, tres, aut quatuor vncias. Nec deseram hic obiter adnotare nouissimè Ioannem Henrici in *pract. q. sect. 16. q. 4.* docere, [que la cantidad de las ocho onças para colacion, no se han de entender con las frutas muy humidas, como son uuas, y ceruelas frescas, y cosas semejantes, porque doze onças desta frutas muy humidas son ocho de las frutas secas, y assi la maior cantidad de lo humido, equiuale à menor cantidad de cosas secas.] Ita ille. Sed tu cogita.

RESOL. CXXIV.

An licitum sit in collatione ferotina ieiunij sumere legumina cocta in quantitate licita, v. g. vnciarum octo? Ex part. 5. traet. 14. & Misc. 2. Resol. 14.

§. 1. Affirmatiuè respondet Bossius *tract. de Iubileo, sect. 4. part. 18. n. 128.* vbi sic ait. Etiam si non subit causa, vt puta infirmitas stomachi, cenfeo in collatiuncula licitum esse edere iusculum ex aqua, seu vino, pane, & herbis, aut leguminibus, nullo alio præter salem, & parum olei adhibito condimento, & seruata debita quantitate, scilicet ea quantitate panis, aut herbarum, aut leguminum, quam seorsim licet sumere, quia cum panis solum cum aqua decoquitur, parum immutatur, & sic etiam herba, & legumina. Ita ille.

2. Sed contrariam sententiam docet Villalobos in *summ. tom. 1. tract. 23. diff. 7. num. 4.* vbi sic asserit.] No se puede hazer colacion con pescado, o hueuos, ni tanpoco con legumbres, como dize Azorio *part. 1. lib. 7. cap. 8. q. 8.* lo qual entiendo yo, quando fuèlle garbanzos tostados, o fabas crudas, sera materia de colacion.] Sic ille, & præter illum & Azorium docet etiam

Sup. hoc in Re- foliat. 116. §. Villalobos, & §. Reg. in. & §. Fillicius, & in alijs §§. designatis sup. hoc in sup. dicto §. Villalobos.
Pro ouis, & pisceato contentis in lin. 3. huius §. in §. 1. & 2. not. præter. & in

hanc sententiam Layman, in *Theolog. mor. lib. 4. m. 185.* Filliucius *tom. 2. tract. 27. part. 2. cap. 2. dub. 6. num. 30.* & alij communiter. Et ratio est manifesta, quia in refectiuncula vespertina solum edi possunt quæ ante, vel post prandium, aut cœnam sumi solent, non autem cibi, qui valent potissimum ad nutriendum, qualia sunt pisces & legumina. Adde quòd collatiuncula vespertina licita est ex consuetudine; sed consuetudo non introduxit, vt in ea sumantur legumina cocta, vt pater, ergo, &c. Vnde si Bossius *loco citato num. 110.* merito negauit pisces posse sumi in collatiuncula ieiuniorum, nescio quomodo possit concedere legumina esse licita, nam, vt tradunt Doctores citati, etiam legumina ad nutriendum potissimum valent.

RESOL. CXXV.

An licitum sit eum, qui paratus est cenare, inuitare causa vrbaniatis ad cenandum in die ieiunij? Et ex doctrina huius questionis inferur etiam vendentes in diebus ieiunij cibos prohibitos, an peccent? Et an seruus, & ancilla, qui condunt, & porrigunt cibos, & mensam heris non ieiunantibus sternunt, mensaque ministrant culpa participes efficiantur? Ex p. 1. tr. 1. Ref. 38.

§. 1. Negatiuam sententiam docet Lessius *l. 4. c. 1. dub. 3. n. 10.* cum Fagundez *Prac. 4. l. 1. c. 10. n. 12.* Et ratio est: quia nemo potest inuitari, aut incitari ad id quod sine peccato præstare non potest: sed hic non potest sine peccato comedere, vt supponitur; ergo non erit licitum illum ad cenam inuitare.

2. Hæc sententia est probabilis: sed contrariam sententiam probabiliorè esse puto cum Azorio *p. 1. l. 7. c. 31. q. 12.* & Salas *de empr. dub. 47. num. 10.* qui citat Sa, & alios. Idem etiam docet Naldus in *sum. verb. ieiunium, num. 1.* Nauarrus ex Caietano in *Man. c. 21. num. 24.* Idem docet Tannerus in *2. 2. disp. 9. 3. dub. 5. num. 94.* Philarchus *de offic. Sacerd. tom. 3. part. 2. l. 3. cap. 25. in fin.* & nouissimè Franciscus Ortiz in *sum. c. 19. mand. 2. n. 10.* vbi sic asserit: [El que por causa de vrbaniad, d de hospicio da comida al que esta aparejado à no ayunar, no pecca.] Et ratio est: quia in ea circumstantia non inuitas illum ad cenandum absolute, sed ad cenandum in domo tua, & non alibi; & sic non offers cenam, sed offers locum, in quo cenari fieri potest. Probat hoc etiam Nauar. quia licitum est, ex iusta causa, inuitare ad actum per se, & suo genere bonum vel indifferentem, nullo modo consentiendo in eum, quatenus ex malitia alterius efficiatur malus. Cæteras rationes vide apud Philarchum *vbi supra.*

3. Post hæc scripta inueni, sententiam Nauar. etiam docere Layman in *Theol. mor. l. 2. tr. 5. c. 13. n. 2.* Filliucium *tom. 2. tr. 27. p. 2. c. 5. n. 94.* & Villalobos in *sum. tom. 1. tr. 23. diff. 3. n. 2.* vbi sic asserit: [Si aliquo conuida à cenar al que sabe, que si no cena alli, ha de cenar en otra parte, no sera peccado conuidarle, segun Cayetano, y Nanarro: porque esto no es conuidarle à que cene, que ya hauià de cenar, sino à que cene alli, y no en otra parte, y como hauià de cenar à la costa, cena a la del, que le conuida.] Ita ille. Vnde apparet, ex autoritate tantorum virorum quam probabilis sit hæc opinio.

4. Ex his inferur primò, vendentes in diebus ieiuniorum cibos prohibitos, non peccare: quia tales in bona fide vendunt, & non videntur cooperari peccato illorum, qui mala fide emunt; & in illis diebus multi sunt, qui iis cibis indigent, nec venditores vlla legententur explorare voluntatem, & causas emptionum; ergo, si venditor ceròd non nouerit emptionem in